

mun; nè possi ad alcun contrafacendo metter de dar minor pena
della predetta sotto quella istessa pena.

1510 23 Ottobre in C. X, con la zonta.

Quod istae litterae Viri Nobilis s. Pauli Cappello equitis Provisoris nostri Generalis, ac litterae Vincentii Guidoto secretarii nostri ex Figarolo hodie receptae, et similiter litterae ejusdem Provisoris antecedentes, diei 17 instantis huic consilio directae, et modo lectae communicari et legi debeant hodie Consilio nostro Rogatorum ut eidem (ut bene par est) omnia innotescant digna notitia sua. Verum ante lecturam ipsarum mandari auctoritate hujus Consilii debeat strictissima et profundissima credentia, servanda per omnes de ipso Consilio et intervenientes in illo, de non possendo verbo, scripto, nutu, signo, vel quocumque alio modo, qui dici, vel excogitari possit, manifestare, vel propolare aliquid de contentis in ipsis litteris, sub paena capitis, et confiscationis omnium bonorum illius, vel illorum, qui praesenti credentiae praesumerent quoque modo contra facere. Pro qua etiam credentia religiosius observanda ante lecturam earumdem litterarum vocari debeant omnes de banco ad bancum ad praesentiam serm*-i* Principis, et Dominii nostri juraturi in manibus capitum hujus Consilii per sacramentum singulis eorum praestandum eamdem credentiam, et describantur omnes. — Non possint etiam illi de ipso Consilio loqui invicem unus cum alio extra fines ejusdem consilii sub paenis praedictis. — Tempore autem lectionis ipsarum literarum et tractationis ipsarum materiarum non interveniant alii secretarii nostri, nisi illi hujus Consilii et Secretarij Collegij Dominij nostri.

Signori Eccm-i*.*

Perchè occorre molte volte che si comanda credenza sotto le più strette parti dell' Illustrissimo Conseguio di X però le si leggano per intelligenza di questo Illm*-o* Conseguio.